V. B. Apud antiochiam ſub diocletiano et ma
ximiano. natale ſanctorum martyrum. iuli
ani et baſiliſſe coniugiſ eiuſ. quorum mire
paſſiones leguntur. Ex quorum etiam colle
gio. uenerabiliſ multitudo ſacerdotum et
miniſtrorum eccleſie christi. igne cremata eſt. qui
ad eoſ confugerant. propter immanitatem per
ſecutionis. Poſt quos antonius preſbiter. ana
ſtaſius et celſuſ puer. una cum matre. atque
alii plures paſſi ſunt. In mauritania ceſa
rienſi. ſancte marciane uirginis. Apud
ſmirnam. ſanctorum. uitalis. reuocati. et for
tunati diaconi. IIII. Idus ianuarii.

.xviii.	.xxix.	.x.	.xxi.	ii	.xiii.	.xxiiii.	v	.xvi.	.xxvii.
A	B	C	D	E	F	G	H	I	K
vii	.xii.	.xxx.	.xi.	.xxii.	iii	.xiiii.	.xxv.	vi	
L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

C. Apud cyprum. nicanoris diaconi.
de ſeptem primis. qui gratia dei et uir
tute admirandus. glorioſiſſime coronatus
eſt. In thebaida. natale beati pauli primi
heremite. cuius animam inter apoſtolorum et prophetarum choroſ.
ad celum ferri ab angelis ſanctus antonius uidit.